

# Franckesche Stiftungen zu Halle

**Pauli Manutii Epistolarum Libri XII**

**Manuzio, Paolo**

**Lipsiæ, Apud Johann. Herebord. Klosium, Anno 1707.**

**VD18 11417161**

In Librum Francisci Vargas De Iurisdictione Episcoporum, Et Summi Pontificis Auctoritate. XXV. Argumentum.

---

#### **Nutzungsbedingungen**

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

#### **Terms of use**

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and further information please contact the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

FRANC. VARG. DE JURISD. EPISC.

77

IN LIBRUM FRANCISCÍ VARGAS DE JURISDICTIONE EPISCOPORUM, ET SUMMI PONTIFICIS  
AUCTORITATE.

XV.

ARGUMENTUM.

Francisci Vargas librum de Jurisdictione Episcoporum & Pontificis auctoritate editurus, narrat, in Concilio Tridentino ortam esse inter Patres ibi congregatos controversiam, de Auctoritate Pontificis &c. ad quam componendam, cum Pontifex inter alios etiam Franciscum Vargas Regis Hispanorum oratorem in consilium adhibuerit, isq; sententiam suam pro auctoritate Pontificia egregie dixerit, scripsiterit, laudat Pontificem, quod idejus responsum typis excudendum curarit, & ad Patres Tridentinos miserit.

IN Trident. Concilio, singulari atq; divina Pii IV.  
Pontif. Max. sapientia constituto, cum aliae res  
antea parum exploratae, vel astutis hominum consiliis immutatae, atq; corruptae, in consultationem  
controversiamque venerunt: tum verò gravis illa,  
& perdifficilis de Jurisdictione Episcoporum, &  
summi Pontificis auctoritate exorta questione est. Qya  
in deliberatione cum ita Patres illi vita innocentia,  
doctrinaque insignes dissiderent, vix ut aliquando  
res convenire posse videretur: Pastor optimus, ut  
est animo semper ac mente in humano genere fer-  
vando, tuendaque communi salute defixus, incu-  
buit in eam curam, ut adhibitis in consilium lectis.

Bbb 2

limis

simis Cardinalibus, hunc nodum expediret. Et quoniam Francisci Vargas, Catholici Regis Oratoris, in maximis rebus antea saepe spectata virtus erat: expedire in primis rei publicæ visum est, talem virum, cum tanta res ageretur, interesse. Qui cum esset accersitus a Pontifice, rogatusque ut ea dicaret, quæ ad Apostolicæ Sedis dignitatem, id est, ad Christi gloriam, & salutem animorum nostrorum pertinere vehementer duceret: sententiam dixit gravissimis ornatissimisque verbis, eâ doctrinâ refertam, ut nihil aut è sacris literis, aut ex antiquarum Legum, Canonumvè fontibus derivari posset, quod ille non & memoriâ, scientiaque comprehendisse, & summarum rerum, in quibus ætatem ferè totam contrivit, experientiâ comprobasse videretur. Excepta est perattentis animis ejus oratio: magnaque est omnium Cardinalium, præcipue vero ipsius Pontificis, cuius ut potestas, ita judicium, sapientiaque eminent, assensio consecuta. Et quoniam, quæ tum quisque sensit, eadem ut mandata literis ad Tridentinos Patres mitterentur, Pontifex adjuvandæ cupidus publicæ causæ jam decreverat; de Francisco Vargas hoc amplius placuit, ut ejus responsum (sic enim inscriptum est) impressum ederetur. Est hoc quoque Pii IV. divinæ liberalitatis, ac beneficentia, ut, unde aliquid ad commune commodum emanare possit, id non latere in tenebris, aut paucissimis impetriri, quod angusti jejuniique nimium animi est, sed pervulgari ad omnium gentium utilitatem vehementer curet. Porro, si nihil est Religione utilius, quæ beatam, æternamque vitam una largitur,

qvan-

quantam iis debemus gratiam, qui suam industria-  
m eò totam conferunt, ut, novis quorundam opi-  
nionibus, quas inscritia dicam, an improbitas pepe-  
rit? confutatis, veritatem ipsam suæ doctrinæ lu-  
mine ita patefaciant, atque illustrent, ut à nemine  
jam, nisi planè impio, vocari in controversiam pos-  
sit? Quod in hac maximi ponderis quæstione, quæ  
per aliquot menses plurimorum hominum ingenia  
mentesque torsit, Francisci Vargas præstanti bene-  
ficio consecuti sumus. Vir enim egregius laboran-  
ti publicæ causæ multis nominibus opem tulit, do-  
ctrinâ priuâ, tot annorum studio collectâ; dein-  
de prudentiâ, quam à natura acceptam diuturnus  
rerum maximarum usus vehementer auxit; tum  
integritate viræ, sine qua inanis prudentia, perni-  
cioſa etiam doctrina omnis est; postremo auctorî-  
tate tantâ, quantam capere videtur ea persona pos-  
se, quæ pro summo omnium, quos meminimus, aut  
legimus, Imperatore Carolo Quinto, ejusque di-  
gnissimo filio Philippo Catholico Rege gravissimis in  
muneribus, ac legationibus primariis, temporibus  
difficillimis, diutissimè tractata sit. Hæc igitur, u-  
bi conjunguntur, omnia, quæ per se singula in pau-  
cis excellere videmus: præclarum quiddam atque  
excellens fieri necesse est. Nec nos veremur, cùm  
simul universa tali viro tribuimus, ne nos aliquan-  
do res ipsa redarguat, ejusque scripta, cùm legen-  
tur, ita exspectationi non respondeant, ut ei falso  
affinxisse laudem vel gratiæ causa, vel judicij errore  
videamur. Perfecta virtus laudem quasi fructum  
non querit; cognita, testimonio non indiget. Id

E b b 3 ipsum,

Et  
ato-  
s e-  
lem  
rum  
ice-  
, ad  
rum  
ixit  
fer-  
rum  
vod  
&  
on-  
pta  
t o-  
ci-  
mi-  
um  
en-  
cu-  
fco  
(sic  
noc  
tiæ,  
na-  
mis  
est,  
ve-  
nti-  
ur;  
an: